

Sibthorp, John ; Smith, James Edward [Editor]: Flora Graeca, sive plantarum rariorum historia, quas in provinciis aut insulis Graecis legit, investigavit et depingi curavit John Sibthorp: hic illic etiam insertae sunt pauculae species quas vir idem clarissimus, Graeciam versus navigans, in itinere, praesertim apud Italiam et Siciliam, invenit (Voluminis septimi - Fasciculus secundus): Vol. VII.

London, 1830

Seite 103

DIADELPHIA DECANDRIA.

77

LUPINUS.

Linn. Gen. Pl. 371. *Juss. Gen.* 354. *Gartn. t.* 150. *DeCand. Prodr. v.* 2. 406.

Calyx 2-labiatus. *Antheræ* 5 oblongæ; 5 subrotundæ. *Legumen* coriaceum, torulosum, compressum.

TABULA 684.

LUPINUS PILOSUS.

LUPINUS villosissimus, floribus verticillatis pedicellatis bracteolatis, calycis labio superiore bipartito: inferiore integro, foliis subdenis obovatis basi angustatis.

L. pilosus. *Linn. Syst. Veg. ed.* 14. 655. *Willden. Sp. Pl. v.* 3. 1024. *DeCand. Prodr. v.* 2. 407.

L. peregrinus major, vel villosus cœruleus major. *Bauh. Pin.* 348. *Prodr.* 148. *Tourn. Inst.* 392.

Θεγμοε Dioscoridis.

Λύπρι hodiè.

In variis Græciæ insulis. ☉.

Caulis strictus, ramosus, villosissimus, 2—3-pedalis. *Folia* digitata, petiolo villosa; *foliis* denis v. undenis, obovatis, basi angustatis. *Stipulae* angustissimæ, subulatae, basi petiolo adnatæ. *Flores* verticillati, pedicellati, purpureo-cœrulei, speciosi. *Bractea* lineari-lanceolata, acuminatissimæ, villosæ. *Calyx* villosus, bilabiatus; *labio* superiore bipartito, inferiore integro; *bracteolis* subulatis, labiis alternis. *Vexillum* subrotundo-ovatum, emarginatum, basi maculâ albidâ notatum; *carina* pallida, acuta, glabra, intra alas inclusa. *Legumen* oblongum, compressum, mucronatum, torulosum, villosissimum.

a. Calyx, cum carinâ.
d. Adelpia.

b. Vexillum.
D. Eadem, aucta.

c. Ala.
E. Pistillum, auctum.